

Christoph Redecker


**Gloriosissimam Jesu Christi Resurrectionem Eamq[ue] Certissimam Pia
meditatione perpendendam, Pro-Rector Academiae Rostochiensis Christophorus
Redeker, I. U. D. & Consistorii Ducalis Assessor Civibus Academicis Omnium
ordinum honoratissimis Solemni Programmate Sistit [Publ. sub sigillo Acad. d.
31. Martii Anno 1689.]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1689]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742498417>

Druck Freier  Zugang






T. 512.

—
1689 Ostern

M-1256.^{ss.}

off. 1689

GLORIOSISSIMAM
JESU CHRISTI
RESURRECTI
ONEM



Eamq;
CERTISSIMAM

Piâ meditatione perpendendam,

PRO-RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
CHRISTOPHORUS
REDEKER, J.U.D.

& Consistorii Ducalis Assessor
Civibus Academicis Omnium ordinum honoratissimis
Solemni PROGRAMMATE
Sistit.



Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr,

M. 1256



Evixit ergo Servator de humano genere gloriose meritus, & cum eo spes nostra! Prostrati sunt hostes, expugnatae & effractae inferorum portae, contritum serpentis antiqui, perpetuas salutem mortalium insidias struentis caput, Dei scilicet hominumque adversarius *æmulo* Sathanas, omni praesidio suo dejectus, irae divinae satisfactum, contractusque mortis aculeus peccatum est. Ecquid igitur prius habeamus & antiquius nos, qui potestati tenebrarum addicti, sub tyrannidis infernalis jugo ærumnosissimo ingemiscere alias coacti fuisset, interminabili miseria conficiendi, quam ut hostibus debellatis, lætos nunc canamus triumphos, corde lætabundo, linguaque taciti mœroris vinculis soluta exclamantes:

*Salve redæ ex hostium victoria
O liberator generis humani potens?
Lætatur omnes intimis præcordiis
Cum mentibus nostris recur sat inclytus
Triumphus hic. Sic nos jubari oportuit,
Sic eximi de vinculo aeternæ necis
Cervicibus nostris quod aptarat parens
Præmus, Deo parens malè, astu Damonis.*

Proh! quam mutata nunc rerum facies apparet! Nuper inter exquisitissimos corporis dolores, animique angores inexplicabiles desudantem Jesum, non sine vultu tristi, mentemque contrita vidimus. Vidimus in crucem execrabilem actum, lanceam & clavem crudeliter confossum, vinctibus plane lividum, inter latrones flagitiose meritos suspensum, gravemque sarcinam peccatorum universi generis humani onustum. Eundem verò hodie velut justitiæ solem, ex terræ visceribus & infernali abyssu prodeuntem, comisque victoriosè radiantem cernimus; Eundem gloriæ & honore coronatum, Angelorum satellitio, quibus antea factus erat inferior, undiqueque fulgidum, omnibus supereminere potestatis, gaude

gaudemus. Scitote autem, Cives Optimi, præcipuum fo-
latii ex resurrectione Christi & gaudii fundamentum, in il-
lius certitudine, nullis flexuosi Serpentis Sathanæ sc. frau-
dulenti machinationibus, vel violentis aggressionibus ce-
dente fitum esse. Quod si enim Christus non resurrexit (uti
ex instinctu sanctissimi Spiritûs, gentium Apostolus colli-
git) fides nostra vana & supervacanea est, & adhuc dum
in peccatis hæremus nostris. Nimirum, capitum reliquo-
rum, quibus christiana fides absolvitur, articulus hic præ-
cipuum fundamentum & fulcimentum est. Hoc ruente
corruunt omnia, quæ de Personâ & Officio Servatoris no-
stri luculentissimè ex sacris paginis percipimus. Non posset
constare Salvatori sua divinitas, quam juxta naturam ve-
rè humanam, ceu unigenitus & naturalis Dei Filius, hypo-
stasticâ unione conjunctam servat, & in omnem æternitatẽ
sine fine servabit: Hunc enim mortis vinculis detineri erat
impossibile. Quin etiam Redemptoris Mundi titulo, præ-
tiosissimò sanguine, tantisque laboribus partò, gaudere sic ju-
re non posset, cum is qui morti victas manus porrigit, pal-
mam de hoste eòdem superatò auferre, aliosque jugò pote-
statis ejus pressos in libertatem asserere non valeat. Verbo:
miserrimi omnium sub cælo Creaturarum existeremus.
Unde optimè *Augustinus*, in *sermone de Resurrectione* testatur,
quod Resurrectione Christi comprehendatur, *salus mundi,*
occasus in ferni, gloria supernorum, vita credentium, resurrectio
mortuorum, contritio mortis. Probè hoc perspectum habebat
infernalis hostis. Proinde uti aliàs ea, quæ ad salutem no-
stram momentum aliquod adferunt, vel evertere, vel de-
pravare, saltim dubia & suspecta reddere totis viribus alla-
borat: ita hoc loco etiam omnem movit lapidem, ut hunc
fidei articulum palmarium, offusâ mendaciorum densâ
caligine obscuraret & suspectum falsitatis daret. Ejus nam-

) 2

que

que impulsu sine dubio, Pontificum, Scribarum & Phariseorum male-fana cohors, ut pote quorum animi, nigrae loliginis adhuc scatebant succo, post fata etiam putatitii hostis sui Messiae scilicet, coactio sine mora Concilio, militibus quibus custodia sepulchralis erat demandata, ingentia praemia constituiebant, ut veritatem, sole meridiano clariorum, mendaciorum tenebris obnubilarent. Nimirum, illi qui terrae motu insolito subitaneoque, & pluribus stupendis aliis perculsi, insimulque gloriosae resurrectionis absque ullius adminiculo factae, plenissime convicti, propalatores turpissimae calumniae deligebantur, quod omnium optime assertioni falsissimae fidem conciliare possentarentur. Aurum argentumque; velut offa quaedam obturabantur ora, ut veritati praeccluderetur via. Et eoque sane perfectio, mysterium hoc iniquitatis processit feliciter, ut, teste Justino Martyre, in Dialogo cum Tryphone Judaeo, missis insuper *εις παντων οικων μενλω*, in universum terrarum orbem hominibus nauci, & ab impudentia, levitate, cauteriataque conscientia probe instructis, fabula de furtim ablato a sectatoribus suis per obscura noctis suggestis Jesu, in communem famam abierit. O detestandum, milleque fraudum Architecto in acceptis ferendum scelus! Verum enim vero, prout spissas dispellere nebulas nitidissimum solis jubar, ita veritatis lumen falsitatis tenebras fugare, & licet coopertum trans parere tamen solet. Etenim, annon pavidi & consternati Discipuli fugam sibi potius ulteriori confulerent, latibula in locis longe disitis quaesituri, quam ut armatam manum militum, imperterritam audacia ac temeritate quid vis ausurorum aggredierentur inermes? illi scilicet, qui ad ancillae voculam penes exanimati conciderunt, qui tri-duo ante vivum deseruerunt, Illine tanto cum periculo, mortui corpus est leonum quasi ungvibus eripiendum subduce-

ducere tentarent? Somno sepultos jacuisse vigiles ad unū
 omnes, neq; vestigia suggredientium per noctis alta silen-
 tia, solo non sine strepitu impressa, auditu percepisse, nec
 aditum quemvis occupasse, quis, cui mens sana in corpore
 sano, crediderit? Et quid, si profundiori somno immerſi illi
 fuissent, idq; hariolari discipulis Christi datum esset, an-
 verò molem saxeam sepulchro incumbentem, digitò leva-
 re, vel oris flatu absq; laborioso pariter ac sonoro conami-
 ne dimovere valuissent, ut non somno excuterentur tan-
 dem custodes. Et, nisi apertis forte oculis, leporū instar dor-
 mivēre, quā quæso ratione clancularios illos, quos arguunt
 fures vidisse & agnovisse poterant. Adeo nempe pudorem
 omnem decoxerunt perfrixtæ frontis homines! Videmus
 hinc, satis denudatam specie veri calumniā, palpamus quasi
 manibus, dolosè coagmentatam mendacii structuram &
 ad imponendum mundo contortos, varièq; implicatos ne-
 quitix fraudumq; funiculos. Eleganter *Petrus Chryſologus*
 aurei vir eloqvii, de hoc negotio alicubi: *Inter hæc, inquit, Ju-
 dæi crimina, aut malè emunt sua, aut distrabunt pejus aliena, dum
 peccata taxant pretio, dum pecuniā pensant & compensant delicta:
 dum in sceleribus suis fundunt, quod toto scelere congregaverunt.
 Sic Judam comparant traditorem Domini sui, & pretio, Redem-
 ptoris Mundi sanguinem pensant: Sic aperti sepulchri fidem clau-
 dunt sacculo, ut neganda resurrectionis crimen, nummis criminum
 mercarentur. Pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes,
 dicite, quia discipuli ejus venerunt nocte & furati sunt eum, nobis
 dormientibus: & si hoc Præses audierit, nos suadebimus ei, & se-
 curos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edo-
 cti, & diffamatum est verbum istud apud Judæos usq; in hodiernū
 diem. Apud Judæos; numquid apud Christianos? Judæe, quod tu
 in Judæa obscurabas auro, fide, toto clamavit & eluxit in mundo:
 discipuli receperunt, non furati sunt Christum: tu perfidiam com-
 parasti, sed non furatus es veritatem, Judæe, resurrexit Christus*


tu pecuniam perdidisti. Judæe, Christus vivit, tu, & te, & tuos postea
ros occidisti. Resurrexit itaq; omnino virtute propriâ Christi,
& quidem uti dixit Ipse. In hoc verbo ejus infallibili, omnis
fidei nostræ certitudo requiescit, in hoc omnis resolvitur
demonstratio. Sufficit enim nobis, qui diviniori hujus lu-
cis radiis collustrati sumus, quòd Veteris ac N. Testamenti
tabulis munita veritas hæcce ita constet, ut adversus eam
inferorum portæ prævalere nequeant. Ipse dixit, quando
per Prophetarum ora vaticinata, ultra triduum se mortis fau-
cibus non detinendum esse prædixit. Ipse dixit, quando
cum discipulis comitibus, Hierosolymas petens, Passionem
suam juxta ac Mortem dirissimam, cum intercedentibus
varii generis ludibriis imminere, subsecuturamq; tertiâ die
resurrectionem esse annuntiavit. Ipse dixit, Spiritu scilicet
suo, sanctis Dei viris, redemptionis salutiferæ præconibus
id suggerente, qui viva voce testimonium perhibentes,
postmodum id scriptis tradiderunt, duratione nunquam
interrumpenda, Cœli teraq; compaginem vincuntibus. Et
denso quidem agmine, Mosis, Prophetarum, Evangelista-
rum & Apostolorum adduci suffragia possent, si opus foret,
& vel minima dubitatio id exigere videretur. Memoratu
verò etiam non indignum esse ipse Sanctus Spiritus judica-
vit, quòd iteratis aliquoties apparitionibus, per quadra-
ginta dierum spatium, à gloriosâ resurrectione sua Serva-
tor fidelibus suis sese vivum demonstrârit, exhibitis etiam ad
ocularem curatiorumq; inspectionem manibus pedibusq;
unâ cum vulneribus inflictis, antequam elevaretur in al-
tum. Causa sanè non alia suberat, quam ut vacillantes in
fide confirmaret. Nutabant discipuli etiam, uti jam ante
mortem, ita multo magis post eandem, quando ad cru-
cis pedum occubuisse Magistrum suum quàm maximè do-
lebant. Hi vero labascentes alios erigere, dubios con-
firmare, sanguine tandem suo veritatem hanc obfirmare
debent

debebant, unde præprimis eorum animos ab omni scrupulo oportebat esse alienissimos. Sed & cuilibet, fidei infirmitate laboranti succurri potest documentis tot oculatorum testium, quos falsum pro vero venditare prohibuit pietas, simplicitas, & omnis commodi vel lucri captandi cessans ratio, cum veritatis professio ignem, crucem & quodvis tormentorum horribile genus ipsis attraheret. *Credendum est magis, soli Mariæ veraci, quam toti Judæorum turbe fallaci, uti canit antiquitas.* Agnoscite ergo mecum doctrinæ hujus certitudinem. Revixit Christus & cum eo spes nostra! Omnino, si enim Ipse mortis claustris peruptis, potestati ejus non succubuit, neq; nos succumbemus. Morimur homines, abeuntq; omnia in fatalem nascendi pereundiq; periodum, & longævum quidem aliquid est in hâc machinâ, æternum verò nihil; attamen dies aliquando erit, cum tellus parturiet, quotquot fovit intra viscera sua, tantâ seculorum ambage. Animabantur ossa divino flamine, & prodibunt è tumulis. Et quí poterant aliter? Etenim, elato jam Capite, nos qui membra sumus sequemur utiq;. Peculiari mandato injunctum olim Israëlitis erat, ut frugū in festo Paschatos primitias Deo suo offerrent. Iucundissima hîc præfiguratio latet mysterii resurrectionis nostræ, quæ quidem â dominica resurrectione dependet: Christus enim, Paulo Apostolo dicitur primitiæ dormientium, qui reliquam messem omnem resurrectione sua sanctificavit, in extremo die, qui messis dies vocatur subsecuturam. Propterea etiam è terræ gremio produxit Secum, sanctorum corpora, numero haut exiguo, ut edito quasi specimine, spem indubiam nobis faceret, de restituendo tandem pristino vigore, & è cineribus conflandis, formâ longè excellentiori ut ut ejusdem essentiæ corporibus nostris. Ad haram ergo, vel ad orcum potius cum Epicuri de grege porcorum profanis vocibus, qui nil post mortem nobis reliquum esse blaterant

terant. Rectius multò, Philosophorum etiam gentilium alii, in sua domicilia aliquando redituros, non verò cum corpore extingvi animos nostros asserunt. Præclarissimè de hâc re Annæus Seneca, ut ut aliàs non semper æqvè sibi constans: *Mors, inquit, nullum habet incommodum. Quod sit tanta cupiditas longioris vite tener, cogit a nibile eorum, quæ ab oculis abeunt & in rerum naturam, ex quâ prodierant ac mox processura sunt reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors quam pertimescimus & recusamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, æquo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingvi, sed vicibus descendere ac resurgere. Æstas abit, sed alter annus eam adducit: biems cecidit, referent eam sui menses: solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus quicquid præterierit, repetit.* Certiora tamen his habemus nos, ex fonte S. Scripturarum limpidissimo, eoq; firmiori stat talo spes nostra, qvo validiora Resurrectionis Christi occurrunt argumenta. Certo certius cum Hiobo novimus, quod Redemptor noster vivat, quicquid pollet potentia & virtute, ut corpus in pulverem redactum, ferarum etiam rictibus discerptum, freti fluctibus absorptum, flammæ viribus consumptum, nitore suo, addito insuper præstantiæ augmento, reddere valeat. Interea verò dare operam nostrum erit, ut resurrectione primâ Spirituali gaudere, vitæ huic adhuc dum superstites queamus, quæ si non præcesserit, tum vero alteram illam, quam speramus, infausam maximè nobis evenire necessumerit. Surgamus itaq; sine morâ è squalore peccati, prout Servator primo mane, rarefcentibus ad primum crepusculum umbris prodiit. Non morabatur ille custodes ad monumentum excubantes: ita neq; nos mundi & Sectatorum ejus rationem habeamus, quin potius inter odia & insultus eorum caput extollamus, pluris facientes favorem Numinis, quam odium hominis. Linteamina quibus obvolutus erat Christus amota, tumbæ relinquebat. O deponamus & nos involucria Veteris Adami peccaminosa, renovatq; animæ & corporis viribus exeamus. Hoc ergo agite seriò Cives Optimi. Vivit dominus, & vos vivetis.


Publ; sub sigillo Acad. d. 31. Martij Anno 1689.





gaudemus. Scitote autem, Cives Optimi, latii ex resurrectione Christi & gaudii fundatius certitudine, nullis flexuosi Serpentis Sacerdotis machinationibus, vel violentis aggrediente fitum esse. Quod si enim Christus non ex instinctu sanctissimi Spiritus, gentium agerit) fides nostra vana & supervacanea est in peccatis haeremus nostris. Nimirum, carum, quibus christiana fides absolvitur, arripuum fundamentum & fulcimentum est. corrumpunt omnia, quae de Personam & Officium stri luculentissime ex sacris paginis percipiunt constare Salvatori sua divinitas, quam juxta re humanam, ceu unigenitus & naturalis Divinitate statica unione conjunctam servat, & in omni fine fine servabit: Hunc enim mortis vinculum impossibile. Quia etiam Redemptoris Multitudo sanguine, tantisque laboribus partem re non posset, cum is qui morti victas manus mam de hoste eodem superatorem auferre, aliter statis ejus pressos in libertatem asserere non miserrimi omnium sub caelo Creaturarum. Unde optimè Augustinus, in sermone de Resurrectione quod Resurrectione Christi comprehendat occasus in ferni, gloria supernorum, vita credentium mortuorum, contritio mortis. Probè hoc perferat infernalis hostis. Proinde uti alias ea, quae stram momentum aliquod adferunt, vel pravae, saltim dubia & suspecta reddere laborat: ita hoc loco etiam omnem movit la fidei articulum palmarium, offusam mendacaligine obscuraret & suspectum falsitatis d

) 3



the scale towards document

fo-
nil-
au-
ce-
uti
lli-
um
vo-
ra-
nte
no-
flet
ve-
po-
tatē
erat
pre-
ju-
pal-
ote-
bo:
nus.
tur,
ndi,
ectio
bat
no-
de-
ulla.
unc
ensā
am-
que